



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXCIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

ubi dicit, q̄ stilus & consuetudo curiarum, pro lege  
betur, & ei omnino, standum est, ibi nu. 2. & 3. q̄ no.  
quia stilus est interpretator statutorum. ut l. de quibus  
de legib. & idem Guido q. 30. nu. 2. q̄ not.

REGULA CXCIX.

1. Sequestrum in bonis alicuius fieri, nec committi debet ad  
instantiam alicuius alteri creditoris, nisi prius colter de de-  
bito per formam instrumenti, uel manuscripti, locus est  
peregrinus per Bar. in l. per hanc. C. de erog. milit. an-  
no. l. 12. & idem in l. litibus. C. de agric. & cens. l. 11. &  
ibi Luc. de Penna, & cano. in c. examinata de iudic. Abb.  
in c. 2. de seque. possess. sequestratio. n. rei regulariter est  
prohibita, ut Bal. Cyn. Saly. & Alber. in l. unica. C. de  
prohib. sequest. pecu. & minus per iudicem committi  
interdictum in bonis alicuius nisi seruata forma. cap. 1.  
l. 6. stat. & c. 5. in pract. pal. & c. 61. in 6. & habeat instru-  
mentum crediti, quod palam iudici ostendat. in manibus  
quod si non fecerit. iudex illico interdictum reuocet. ut  
c. 17. & 18. lib. primi statut. Venet. q̄ not.
2. Amplia. 1. ut iudex ex officio potest sequestrum com-  
mittere, ne partes ad rixas, & ad arma ueniant. ut l. equi-  
simum. ff. de usufruct. quos potest sua auctoritate compe-  
scere, quod sepe euenit in spoliationibus & sequestris co-  
mittendis. Ancha. confi. 248. nu. 4. Roma. confi. 488. nu. 1.  
Deci. confi. 366. nu. 13.
3. Amplia. 2. ut si beneficiatus non uult seruire officio  
sibi iniuncto, aut si duo de beneficiis ecclesie contendent,  
quorum neuter est pacificus possessor. interim fructus po-  
terit iudex sequestrare. ut c. peruenit. de appell. & c. de  
contingat de rescriptis.
4. Amplia. 3. propter scandalum euitandum iudex potest  
sequestrum committere, quia nil cum scandolo est facien-  
dum. secundum c. cum teneamur, de præbend. & c. de  
prodest de præscript.
5. Amplia. 4. cum maritus uergit ad inopiam, fructus po-  
test sequestrare.

sessionum & bonorum potest mulier pro sua indemnitate instare, q̄ redditus sequestrentur. secundum rex. in l. si cum dorem. §. si uero dotem. ff. solu. matr. & Cyn. in l. ubi. q. 9. C. de iure dot.

- 1 Fallit i. si sibi non constat de iure liquido creditoris, uel per instrumentum aut aliter, ut l. cum proponas. C. de bon. aut. iud. possid. inst. de interdicit. §. fin. Guid. papa quæst. 246. primo nu.
- 2 Fallit si iudici constat, q̄ reus sit dissipaturus fructus rei contentiosæ, secundum glo. in uers. sequestratis. C. de prohib. sequest. pecu. uel persona est suspecta q̄ fugiat.
- 3 Fallit quando is apud quem sequestrum committitur, non habet in suo dominio res sequestratas. ut sing. Bal. in consi. 480. ista quæstio in princ. all. l. oleum. ff. de dolo. & l. fin. C. de pos.
- 4 Fallit etiam in cadauere usurarij, qui si hæres cautionem non præstet de usuris restituendis, potest iudex præcipere ne corpus tumuletur, seu sepeliatur, secundum Ang. in auct. ut deffunct.
- 5 Fallit quando primum reus se offert ad iudicis nutum idoneam præstare cautionem de debito soluendo. secundum Panor. in c. 2. de sequest. poss. & fruct. col. 4. uers. sed nunc quæro, & Guid. papa q. 246. & Bal. in l. i. ij. not. C. de ordin. cognit.
- 6 Fallit si creditor non petit principaliter bona sequestrari ad sui iuris, uel debiti conseruationem, sed causa calumnie uel emulationis. id petat, quia tunc audiri non debet. secundum Guid. papa in d. q. 246. nu. 4. q̄ nota.
- 7 Fallit quando sequestrum fit de uoluntate ambarum partium, quia eo tunc non requiritur illa forma, neque solemnitas de qua supra per me dictum fuit tam circa sequestrum, quam circa interdictum, quod summopere est notandum.

### REGULA CC.

- 1 Sepultura Christiana carere debet qui semetipsum sciē